

ARCA MYSTICA
SERAPHICAM

ACADEMIAM ADVMBRANS,

CORDUBÆ

REGALIS. PETRI DELVBRO PRO COMITIJS
PROVINCIALIBVS CELEBRANDAM,

A P. Fr. BARNABA PALOMINO, ET VELASCO
humiliter structa,

QVI,

SVI R. P. PRÆSIDIS NOMINE,
EMINENTISSIMO

DOM. D. PETRO

DE SALAZAR,

S. R. E. CARDINALI, TITVLO SANCTÆ
CRVCIS IN IERVSALEM,

OLIM SALMANTINO, NVNC CORDVBENSI
Episcopo, Regioque Consiliario, &c.

ILLAM TOTO CORDE, REVERENTER
D. O. ET S.

Cordubæ, ex Typographia Augustiniana apud
Lazarum de Risquez.

WATER

WATER

WATER

WATER

WATER

WATER

WATER


WATER


WATER


WATER

WATER

WATER









EMINENTISSIME PRINCEPS.



DESIDERIO desideranti, quò solatij, quò vè Patrocinijs aufugerem, mihi obviam istud Proverbium fuit: Ad Asylum confugere (1.) Sed quid hoc? Ad Ecclesiam confugere. Nam Ecclesiæ ad Asyla, Lypomano teste, publicè deputantur (2.)

O Magne Deus! Eam illuc! Illuc utique Pergam! Refugiam me ergo in Domum tuam! Nam extra illam in omnibus requiem quesivi, & non inveni; sic ergo in hereditate Domini in æternum morabor! Accurram igitur in Noe Arcam: Quam Deus in commune Asylum illuc se se recipientibus providit, inquit Alcazar (3.) In Ecclesiam: in Domum tuam, Eminentissime Princeps! Invno in Domum meam: & ut verius loquar nostram; quia & tua magnificentia, omnia tua, nostra sunt. Dixi ergo in Domum nostram: sed videamus, an tua? Ut inde nostra dicatur. Quæ ista igitur Arca? Quæ ascendit per desertum delitijs affluens, quiescensque super dilectum suum; super montes, inquam, Armeniæ. Super te! Nam inter Doctores maximus: Arca Noe non ad montes generaliter delata est. Ad quos ergo? Ad altissimos montes, inquit Hyeronimus. (4.) Sed quare? Quia Altissimi dicti, eò, quòd sint Eminentes, teste Isidoro: (5.) Ergo fluctuabat Arca, quærens requiem, usque dum in vertice posita montium; usque quidem in tua Eminentia quievit! Ergo Arca quiescens est Ecclesia tua. Nam tu, non utcumque mons, sed altissimus Eminentes! Ille quidem, de quo Isaias canit: Erit in novissimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles, (6.) Id

(1.)
Calep. verbo
Asylum.

(2.)
Lypom. in
sua Caten.
sup. Exod.
21. lin. 1.

(3.)
Alcaz. lib. 2.
Alusonu. ad
aliquot Psal.
pag. 60.

(4.)
Hyer. apud
Lyræm sup.
Isai. c. 37. in
fine Glossæ.

(5.)
Isid. t. 1. lib.
9. Eth. cap. 8.

(6.)
Isai. c. 2. A.

(7.)
Beda lib. 2.
in Cant. ver-
su: Iste venit
salians.

(8.)
Beda in Ge-
nes. c. 5.

(9.)
Lipp. in E-
xod. 17. ex
Maximo
Thaur. Epif-
cop. Hom. de
Cruce, & Se-
pult. Dom.

(10.)
Isid. in Gen.
cap. 6. apud
Lyran.

(11.)
Lyra in con-
temptu S. Fra-
nci. apud Nost.
Abam in Por-
ten. Gatiæ.

(12.)
Gen. 6. in
fine.

(13.)
Glossa Ord.
hic.

(14.)
Genes. 9.

(15.)
N. Alba in
Porten. Gra-
tie titul. 44.
num. 3338.

est: In excelsis hominibus excelsior. (7.) Tu ergo iste
preparatus mons Eminens in Domo Domini, super quem quies-
cit, & stabilita manebit! Unde si in suo Principe Noe quie-
vit, habuitque requiem, ut suo præferebat nomine, Requies
interpretatus, erat que symbolum Petri iuxta venerabilem
Bedam: (8.) Tu es Petrus! Super quam Petram firmiter
Pacifica perstabit Ecclesia! Nam si cum Lippomano dicas:
Ecclesia sine Cruce stare non potest, (9.) Quomodo er-
go stetit Arca tam Pacifica in tanta Eminentia? Dicam,
quod quia in Eminentia tanta erat symbolum Sanctæ Crucis,
non ut cumque, sed in Ierusalem; que Pacifica interpre-
tatur. Sed ubi Titulum hoc? In Arca! Immo in Eminentia
habente illam! Nam iuxta Isidorum: Potest per Trecentos
cubitus Lignum Crucis ostendi. (10.) Ecce Titulum
Sanctæ Crucis! Et in Ierusalem. Quia si, ut ait Lyra:
Per Ierusalem, que interpretatur Pacifica, conve-
nienter intelligitur Religio nostra; & hæc in Arca pul-
chrè adumbratur; ut postea dicam: (11.) Ergo in Arca: in
Eminentia habente illa; utpote gaudens Titulo Sanctæ Cru-
cis in Ierusalem, Pacifica interpretata. In te ergo Eminen-
tissimo monte, titulo hoc, laureato. Et si Crux Santissima
signum est Redemptionis; hanc etiam spondisti voto Re-
ligionis. Et si illa Arca dicitur esse à Domino Clausa, quia
de necessarijs omnibus larga Deus providit ratiō dicens Noe:
Tolles igitur tecum ex omnibus elcis, ... & erunt
tam tibi, quam illis in cibum: (12.) In hac etiam tua
Cordubensi Ecclesia non est abbreviata manus Domini; quin
potius ita largiter, de omnibus que necessarijs affluenter pro-
vidit, ut in suo Geroglifico Clausa Porta depingatur. Et si
illa erat Quadrata latera habens: (13.) & tua Corduben-
sis Ecclesia latera quadrata habet. Si: Benedixit que Deus
Noe, & Filijs eius, (14.) Posuitque Arcum suum in sig-
num Benedictionis: hæc etiam tua Ecclesia gaudet triumphali
Arco Benedictionum. Immo: Seraphicus Franciscus
fuit Arcus foederis, defendens ab ira Dei, & nos re-
concilians ipsi, ait noster Alba, (15.) Habens in tua ve-
nerabunda

3.
 verabunda Ecclesia, in signum Fraternitatis, vna in ex primis se-
 dibus Dignitatis. Et si fuit in illa, magna in latere Porta,
 ex qua Sacramentum manavit Remissionis : hæc etiam
 tua pollet magnifica intitulata Porta Remissionis. Et si in
 illa erant Fenestræ plures, ut multis placet, & de vna
 tantum fit sola mentio, iuxta Hebræum Luminare dicta, quæ
 Eminens super omnes, erat in summitate Arcæ, per girum
 lumen toti Arcæ imminendo, secundum Eucherium.
 (16.) Tu, o explendidissimum iubar, es hoc luminare maius,
 per omnia, uti Sol, id est, solus lucens, tu illuminans lumine.
 Nam iuxta Lyram, Luminare istud Carbunculus erat,
 cuius pretiosus color Carmesinus apparet, ait Castillo (17.)
 Ideoque & si lucernæ multæ, de vna utique tantum fit sola
 mentio propter Eminentiam ad alias recipientes ab illa lumen;
 & sic uti Sol lucens lumine proprio in summitate Arcæ posita
 fuit. Sed resonet iam Seraphica Lyra : erant (canit) ibi plu-
 res Fenestræ, sed vna erat maior, & principalior, &
 ideò de illa fit sola mentio, quia ista, dicunt Hebræi,
 erat lapis pretiosus illustrans suo lumine Arcam, sicut
 Carbunculus, (18.) Qui quidem, ut ait Castillus citatus,
 vestitur, ut ita dicam, Purpura, seu Carmesino colore, pri-
 matuque gaudens inter omnes pretiosas gemmas, utpote pollēs,
 ut Appolo, solus omnibus virtutibus, quibus aliæ gemmæ pre-
 tiosæ pollent. Sic ergo tu ! Tu Eminentissime, Carbunculus
 Mysticus iste quidem ! Et Ecclesia tua, & nostra Arca Mys-
 tica ista quidem. Sed quid amplius immoror ? Sistat ergo iam
 humilitas mea in tuis hodie laudibus consecrata. Sisto ergo !
 Nam video ad tuas laudes aliquid addidisse, esse aliquid, im-
 mō esse honoris plurimum decerpisse, cū sis omni maior lau-
 de ! Et quia, ut ait Simmachus : Frustrā ab vno com-
 mendatur auctoritas, quæ passim tantorum recense-
 tur encomijs. (19.) Sic quæ solū contentus cum Cicerone
 dicam : tu Eminentissime Domine, mi Domine, tu es Pe-
 trus ! Nam : Omnia dixi, cū virum dixi. (20.) Quia
 ex Casiodoro : Præcipua fruitur laude, cui est honor à
 nomine ! (21.) Nunc ergo, Eminentissime Princeps, te
 oro :

(16.)
 Euth. apud
 Lipp. sup.
 Genes. cit.

(17.)
 Castill. de
 orn. & vest.
 aur. v. 18.
 num. 3.

(18.)
 Lyr. in Gen.
 c. 6. in Glos.
 ordin.

(19.)
 Sim. Eplst.
 32.

(20.)
 Cicer. de
 Nat. Deor.

(21.)
 Casiod. lib.
 10. cap. 7.

(22.)
Senec. Epist.
100.

(23.)
2. ad Corinth.


6.

oro: te humillimè deprecor, ut benignè munusculum hoc accipias, quod in nomine huius *Almæ Gracensiss. Provinciæ* tuæ, nec non mei venerandi, Reverendique Patris Præsidis, humiliter offero. Et quidem eius exiguitate non erubescens; quia & si pingui elucubratur Minerva, ex corde quidem profero, & ex amore offero. Et sic, ut canit Seneca: Animo hæc scribimus, non auribus: (22.) non in sublimitate sermonis, ut Apostolus inquit, Sed in ostensione spiritus: (23.) Vbi ego: sed in ostensione Amoris, quod orat, ut in eternum vivas valendo, & in eternum valeas vivendo, &c.

Illustrissime, ac Eminentissime Princeps.

Tuus obsequentissimus cliens,

P. Fr. Barnabas Palomino.



❖❖❖ HVIVS CAPITVLI IDEA. ❖❖❖



AC tibi *Arcam* &c. (1.) Quæ enim hæc? *Arca* est *quædam Religio*, inquit *Basilius*. (2.) Erit ne nostra? Utique! Nā iuxta Græcum, Hebræum, & marginalem Glossam, dicitur: *Tres mansiones in ea facies*, tres quidem S.P.N. *Francisci Ordines*, adumbrantes, teste *Vngaro* (3.) dicente: *In Arca Noe, in qua tres Ordines fuerunt, scilicet superior, Medius, & inferior Seraphica Religio significata fuit. Quid clarius? Adhuc magis. Nam in Arca, ut canit Lyra, fuit signum Tau, fronti Francisci scriptum.* (4.) Ait enim: *Per trecentos Cubitus potest Lignum Crucis ostendi*, (5.) huius enim numeri littera *Tau* signum *Crucis* ostendit (&) Ergo *Arca* est signum Religionis nostræ, & præcipuè: ut *Facientis Capitulum. Fac tibi Arcam* &c. Quid aliud in hoc, nisi: *Capitulum* fac, ostendit! Nam in *Arca* nil aliud fuit, nisi *Congregatio*, complexiove totam summam hominum in aliquibus breviter capiens, inter quos *Noe* (*Requies, Consolator, & Iustus interpretatus*) electus fuit *Præsul*, *Caputque* illorum; sed hoc ipsum est *Capitulum* facere, colligens in aliquibus breviter totam *Provinciam*; vnde *Lyra* testante: *Capitulum est brevis multorum complexio, sic dictum, quia totam summam breviter capit*: (6.) Ergo &c. Et in *Granata Provincia*. Nam *Granata* sunt *Carbunculus*, ait *Castillo* cum *Plinio*; (7.) sed *Carbunculus* erat illud *luminare maius* in *Arca*, de quo solo *Tunc* determinatè fuit *mentio*: ergo & *Nunc* &c. Et *Celebratum Cordubæ*. Nam hæc à *Strabone*, & *Plinio* cognominatur *Prima Colonia*; (8.) sed eò

et

(1.)

Genes. 6.

(2.)

Bas. de Ab-
dic. rerum
& Thomas
Angli.

(3.)

Vngar. serm.
1. de S. Fran-
apud Alban-
in Porten-
Gratiæ, tit.
44. n. 3335.

(4.)

In Offic. Sa-
cror. Stigm.
S. Fran.

(5.)

Lyr. in Gen-
6. in Glos-
ord.

(6.)

Lyra sup. c.
8. Epis. ad
Hæb. in Glos
marg. in fine

(7.)

Cast. de orn.
Aar. v. 18.
num. 3.

(8.)


Apud Senec.
cap. 1. de Pa-
tria eius.

(9.)
S. Iud. lib. 15
t. 1. c. 1. & Ca
lep. verbo
Colonia.

(10.)
Apud Lipp.
Genes. 6. in
Glos. myst.

(11.)
Apud Lipp.
Genes. cit.

est dicta Colonia propter *Advenas*, & *Peregrinos*, ex Isi-
doro, & Ambrosio (9.) & talis erat Arca ex Augus-
tino dicente: *Procul dubio Arca ista est figura Peregrinan-
tis*: (10.) Et nos, ex Regula nostra, sumus: *Tamquam
Peregrini, & Advene*: ergo Cordubæ &c. Et in Con-
ventu D. Petri. Nam illa Arca erat Ecclesia Noe; sed
iste erat symbolum D. Petri iuxta V. Beda: ergo in
Conventu, seu Ecclesia D. Petri, & in qua Erant Ma-
gistri, Doctores, atque *Emulatores Fidei*, s. Evangelij ver-
ba enuntiantes, & *questiones Sacre Theologie publice de-
fendentes*. Nam accipe id ipsum ex Aug. sic interro-
gante: *Que sunt quadrata ligna?* A Lypomano sic res-
pondente: *Ego arbitror Doctores esse in Ecclesia, & Ma-
gistros, atque Emulatores Fidei, qui populus intrinsecus posi-
tus verbo commonitionis, & doctrine gratia consolantur, &
questionum fluctus, ac procellas certaminum commoventibus,
virtute verbi, ac sapientia rationis obsistunt*. Quid aptius?
Ergo Arca Noe est propriissima idea Religionis Se-
raphicæ celebrantis Capitulum Provinciæ Grana-
tæ, Cordubæ, in Conventu S. Petri, in quo Magistri,
& Doctores habebant verbi Dei conciones, defen-
sandoque publice Sacre Theologie Conclusiones.





PRÆLVDIVM.

NUNC autem, vt Origines ait: *Incipientes de Ar-*
ca, videamus quæstiones, earumque solutiones, Do-
mino nobis verbi sui scientiam revelante: (12.) mutuando
de Arca ipsa materias, præcipuè tres, quæ conti-
nentur in illa, videlicet, Trinitatis, Incarnationis, &
Sacramentorum. Et quia inter omnes Sacræ Theologiæ
 primatum habet SS. Triados materia mirabilis; gau-
 dendo cuiuscumque Fidei explanationis initio, teste
 Ayllon cum Burgensi; (13.) & nos primum
 huius functionis teneamus diem; ideò
 tanto invocato nomine, &
 numine, sit pri-
 mò materia.

(12.)
 Apud Lipp.
 ibidem.

(13.)
 Dom. Lu-
 dov. Ayll.
 Ellucubr. Bi-
 bli. 1. Gen.






DE




FAC tibi Arcam. Quomodo? Sic facies eam: trecentorum cubitorum erit longitudo Arce. Quid in hoc? Santissimæ Trinitatis mysterium secundum omnes Patres, ut notatur per ly *Trecentorum*! Nam si hoc mysterium omnium initio gaudet, placuit utique Deo ab illius symbolo Arcam incipere, ut patet: *Sic facies:... trecentorum &c.* Est quidem Santissima *Trinitas* ethimologicè ex N. Seraphico Doctore: *Trium unitas*; quod idem est, ac Theologicè: tres Personæ in vnica, ac indivisibili numero Deitate; quarum prima est Pater, qui ingenitus, seu improdus est: secunda Filius, genitus quidem per intellectum à solo Patre: tertia tandē est Spiritus Sanctus à Patre, Filio que procedens (*Non tamquam ex duobus principiis, sed tamquam ex vno*, ut constat ex Concil. gener. Lugdun. in sexta decretali) per voluntatem necessario, sed liberè, idēque non est Filius; si autem Verbum talem Filij rationem habet, quia *naturaliter* producit: qui quidem Filius adhuc realiter distinguitur ab Spiritu Sancto, præscindendo, quod Spiritus Sanctus procedat, vel non ab illo, quia salvatur adhuc ratio potissima, & prima talis distinctionis. Cuius quidem Trinitatis cognitio ita nostrum eminet captum, quod suis viribus naturalibus, intellectus quicumque creatus relictus, neque cognitione quid, neque quia, illam adipisci valet, ut quodlibet. 14. inquit, & nos cum ipso, D. Subtilis. Idemque cum illo asserimus, quod licet, ut est in se, inassignabile sit à nobis prædicatum Deitatis *differentiale*; tamen quoad nos, dicimus esse conceptum *entis infiniti*. Cuius conclusionis vtrique pars est à D. Subt. expressa. Prima in 1. d. 2. q. 2. num. 10. ubi ait: *De ente infinito non potest demonstrari esse propter quid quantum ad nos. Sed demonstratione quia.* Secunda autem pars est in eodem 1. d.


1. d. 3. q. 2. num. 17. vbi inquit: *Perfectissimus conceptus*, in quo quasi in quadam descriptione perfectissime cognoscimus Deum, est entis infiniti, quia inter omnes conceptus possibiles à nobis haberi, iste virtualiter omnem perfectionem includit. Vnde d. 8. eiusdem q. 5. §. Hoc confirmatur, ait: *Infinitus est nobilius extremum in divisione entis: ergo &c.* Nunc autem ad processiones Divinas specialiter deveniendo, precipueque ad quæstionem inquirentem: *Ex quorum cognitione procedat Verbum Divinum?* Dicimus, & in arenam exilimus firmiter defendendo *Verbum Divinum solum* produci per se ex cognitione Divine essentie. Ex D. Subt. pluribus in locis, & precipue in 2. d. 1. q. 1. & in quodlibetis q. 14. & disput. 32. & alibi. Nunc autem sit materia.



FAC tibi Arcam. Quid in hoc? Incarnationis mysterium! Teste Venerabili Beda sup. Gen. cap. 5. pag. 8. litt. L. dicente: *Spiritualiter autem in eo, quod dicit: fac tibi Arcam, consilium Patris potest intelligi ad Filium de Assumptione carnis.* Quod quidem mysterium ita excellens, & captum nostrum superans est, ut à nullo intellectu, etiam Angelico, in puris naturalibus relicto videri, cognoscive intuitivè, vel abstractivè potest. Immo licet ab intellectu Beati videatur intuitivè directè per suam cognitionem, ut est ratio videnti illud, non visa; tamen reflexè, & ut est ratio videnti, visa, attenta præcisè naturali vi intellectiva, & nullo alio comprincipio elevante, nequit videri villo modo ab illo, ut colligitur ex D. S. quodlibeto 14. præcipuè in 5. De 3. principali, & 5. Ad ista, ubi ait: ut aliquod, ut ratio cognita, sit ratio videndi aliud, Debet continere virtualiter totam cognoscibilitatem obiecti. Et sic licet tam anima, quam Angelus possint cognoscere se naturaliter quoad suum esse absolutum, non tamen inquantum sunt Imago Dei, quia non potest naturaliter cognosci relatio, nisi naturaliter possit cognosci utrumque extremum; nam tota cognoscibilitas relationis non continetur totaliter in solo fundamento, sed in isto, posito tamen termino: & cum terminus sit Deus, qui, si vult, videtur, si non vult, non videtur, & alias non contineatur virtualiter in aliquo limitato; inde &c. Vnde (ait Doctor) venit illud Augustini 15. de Trinit. 24. dicentis: *Qui vident suam mentem, & in ea Trinitatem istam, scilicet, memoriam, intelligentiam, & voluntatem, nec tamen credunt ea, que intelligunt, esse Imaginem Dei; speculum quidem vident, sed usque adeo non vident per speculum, ut scilicet, ipsum speculum, quod vident, sciant esse speculum, scilicet, Imaginem.* Similiter dicas cum proportionem in nostro casu de Incarnat.

carnationis mysterio; quod quidē in eo consistit, quod
 Verbū Divinū assumpfit naturam humanam (sicut &
 quālibet aliam poterat) in illo præcisè intuitu, ut ita di-
 cam, in quo fuit perfectus homo existēs propria exis-
 tentia (quæ etiam si distingueretur realiter rigoroſe
 ab ipsa humana natura, etiam cum illa assumpſisset)
 suspendendo resultantiam ptopriæ personalitatis, vi-
 cem illius supplendo (secluis imperfectionibus) cum
 sua *personalitate* increata, cui *immediatè* terminata fuit
 natura illa, ut *personata* evaderet, quia si natura hu-
 mana solū *mediatè* terminaretur ad *personalitatem*, ita,
 ut *immediatè* terminaretur ad aliquod *essentiale*, etiā si
 esset ad *subsistentiam absolutam communicabilem* Divinæ
 essentiæ (quam ei concedimus) adhuc natura illa non
 esset *personata*, sed *personabilis* adhuc. Nunc tandem *fit*
materia.






FAC tibi Arcam, Quomodo? Sic facies: ostium a-
tem Arca pones ex latere. Quid in hoc, nisi memo-
riam facere mirabilium Sacramentorum suorum! Au-
di Augustinum (apud Lyppom. sæpius cit.) dicentem:
Ostium, quod in latere accepit Arca, profectò illud est vulnus,
quando latus crucifixi lancea perforatum est, quia inde Sacra-
menta manarunt. Exierunt ergo ex illo Sacratissimo Fō-
te Sacramenta omnia: & quia in Eucharistico Divi-
tias suæ Divinitatis velut effudit, ita epilogans mira-
bilia omnia, epilogando etiam aliqua de illo tangam.
Inprimis in illo fit mirabilis illa conversio eius sub-
stantiæ Panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Chris-
ti Domini; de qua veritate nullus dubitat Catholi-
corum: est tamen controvertibile, an conversio ista
annihilatio sit? Cui dubitationi respondeo cum
D. Subt. in 4. d. 11. q. 3. quòd licet in consecratio-
ne, substantiæ Panis, & vini annihilatio contingat;
nihilominus actio consecrativa non est annihilati-
va, consequenterque consecratio passiva non est an-
nihilatio, quia ista petit pro termino *ad quem*, purum
non esse, sive pura desitio alicuius; & cum terminus
ad quem consecrationis sit quoddam esse positivum,
scilicet Christi Domini Corpus positum sub acci-
dentibus, inde &c. Ulterius dicimus, ex his verbis:
Hoc est Corpus meum, quæ sunt præcisa forma in con-
secratione Panis (supposito Ministro cum intentione)
non colligi necessario consequenter talem substantiæ
Panis destructionem, adhuc verificata tali consecra-
tionis forma; sed hoc teneri ex declaratione Eccle-
siæ, quæ, utpote Spiritus Sancti assistentia illustrata,
ita declaravit; immò ex ipsis Domini verbis ita col-
legit. Vnde dato, differendi gratia, talem substan-
tiam Panis permanere, verificarentur utique verba
consecrationis in hoc mysterio mirabili; in quo de-
facto

facto conservantur à Domino in genere causæ effici-
 cientis accidentia sine subiecto actualis inhæſionis;
 non acquirendo propter hoc, aliquod novum esse
 positivum absolutum, vel relativum; manensque
 Christi Domini Corpus simul præſens in pluribus
 hostijs locis quantumcumque distantibus, simulque
 ad dexteram Patris residens; solumque acquirendo,
 propter has præſentias, novas relationes ubiquitatis,
 seu de prædicamento *ubi*; ubique gaudendo eadem-
 met quantitate in qualibet hostiæ minutissima parte,
 sicut in tota, ac illa, qua in Coelo gaudet, carendo
 tamen ordine actuali ad locum in Eucharistia,
 quæ quidem institui potuit, ante exe-
 cutionem Incarnationis. Suf-

ficiat pro brevitate.



OMNIA SVB CORRECTIONE S. R. E.



HIS DISSOLVENDIS ADSTABIT

P. FR. BARNABAS PALOMINO,

ET VELASCO

LECTOR PHILOSOPHIAE IN BASTITANO DELV BRO
cui praesidendo aderit

R.P.FR.FRANCISCUS A CASTRO

LECTOR IVBILATVS, AC IN REGALI CONVENTV
Malacitano Sancti Ludovici
Praesul.

Die

Mensis

Anno Domini 1698.

